



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Monvmenta Paderbornensia**

**Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1669**

1. Eresbvgvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11425**

lancearum armatorum militarium, absque popularibus armatis  
subditis suis equitibus peditibusque pervenit. Demum vero, mul-  
tis tractatibus per amicos utriusque partis habitis, sexta die men-  
sis Septembris, illarum guerrarum tempestas per viam compositio-  
nis amicabilis ad pacis tranquillitatem est redacta.

## ERESBURGVM AD DIMOLAM.

I. ERESBURGVM. Celeberrimus in Francica & Sa-  
xonica historia locus, quem Leo III. Pontifex in di-  
plom. dato in *Eresburg*. Astronom. de rebus à Carol. M.  
gestis apud Reuberum. Annales Francici, & vita Carol. M. à  
Pithæo edita. Ægil in vita S. Sturmionis. Vrspurgensis. Poë-  
ta anonym. Cranzius. Aimonius. *Eresburg*. *Eresburgum*. He-  
resburg. *Eresberg*. Heresberg. alij *Mersburg*. Mersberg. Mars-  
burg. Montem Martis. nominant, & docto commentario  
Meibomius in *Irminſula Saxonica* illustravit. Etymon no-  
minis quoad posteriorem partem clarum & obvium, prio-  
ris obscurum & dubium. Gobelinus Persona natum vult à  
religione, quod illuc è tota gente Saxonica quotidie sacrificandi,  
oracula petendi, votique ſolvendi cauſa multi confluenterent, ut  
idem sit *ERESBERG*, quod mons venerationis. Idem ta-  
men aliam adfert notionem, ac dictum putat ab Hera,  
quæ Græcis Ἡρη, Latine Juno, priscis Saxonibus culta. Scribit  
de Germanis Tacit. de morib. German. *in commune Her-*  
*thum, id est terram matrem, colunt. Hinc credi potest He-*  
*ram eandem esse cum Hertho, & nomen dedisse. Meibom.*  
*de Irminſul. c. v. & in notis.*

H 2

2. AD